

6. Et hoc populo nuntietur, quod per omnes dies dominicos oblationes offerant; et ut ipsa oblatio foris septa altaris recipiatur.

*Rezeption: Benedictus Levita I 371, 2. Teil (MGH LL 2/2 S. 68);
indirekt damit auch Herard von Tours, Capitula c. 82, 2. Teil (MGH Capit. episc. 2 S. 145).
1. Teil: Cap. Frisingensia III c. 25 (MGH Capit. episc. 3 S. 228).*

7. Ut omnes presbiteri die dominica cum silentio circumeant ecclesiam suam una cum populo et aquam benedictam secum ferant^e.

*Rezeption: Benedictus Levita I 372, 1. Teil (MGH LL 2/2 S. 68);
indirekt damit auch Herard von Tours, Capitula c. 45, 1. Teil (MGH Capit. episc. 2 S. 138).*

8. Ut scrutinium tempore suo^f agatur.

*Rezeption: Benedictus Levita I 372, 2. Teil (MGH LL 2/2 S. 68);
indirekt damit auch Herard von Tours, Capitula c. 45, 2. Teil (MGH Capit. episc. 2 S. 138).*

9. Ut baptismum non fiat nisi statutis temporibus, id est pascha et pentecostes, nisi infirmitas intercesserit, et ubi^g alii^g non baptizentur nisi in vicis publicis.

*Rezeption: Benedictus Levita I 171 (MGH LL 2/2 S. 54f.);
Cap. Frisingensia III c. 26 (MGH Capit. episc. 3 S. 228)*

10. Ut nullus presbiterorum pro baptismo precium accipere presumat; quod si fecerit, sciat se canonica regula esse dampnandum.

*Rezeption: Benedictus Levita I 172 (MGH LL 2/2 S. 55);
Cap. Frisingensia III c. 27 (MGH Capit. episc. 3 S. 228).*

11. Ut crisma ab archidiaconis precio non ematur, nisi sicut in anterioribus temporibus statutum erat.

Rezeption: Cap. Frisingensia III c. 28 (MGH Capit. episc. 3 S. 228).

12. Ut decimę fideliter sanctę ecclesię reddantur et presbiteri secundum canonicam regulam fideliter dividant eas.

*Rezeption: Benedictus Levita I 173 (MGH LL 2/2 S. 55);
Cap. Frisingensia III c. 29 (MGH Capit. episc. 3 S. 229).*

e) ferat D. f) sue D. g-g) über beiden Worten zu Beginn zwei diagonale Parallel-Striche D. aliubi Benedictus Levita, alicubi Cap. Frisingensia III.